





NOS CAROLUS DEI GRATIA SUE-  
CORUM GOTHORUM VANDALORUMQUE

REX ET PRINCEPS HEREDITARIUS &c.



Reverendissimo & Celsissimo Principi, Consanguineo, Amico & Fœderato Nostro Charissimo Domino Maximiliano Henrico, ArchiEpiscopo Coloniensi &c. Salutem & prosperos rerum successus.

Reverendissime & Celsissime Princeps, Consanguinee, Amice & Fœderate Charissime.

Innotuit Nobis subortam esse Civitati Magdeburgensi justam causam conquerendi, quod in eius detrimentum nonnulla committantur & decernantur, quæ cum §. Instrumenti Pacis, in favorem istius Civitatis concessio parum conveniant. Imprimis quod suburbia in ingens eorum præjudicium reedificentur, civitasque ipsa ad talem Homagij præstationem sollicitetur, quæ pristinam libertatem & recuperatum pace publica Privilegium non modo deterere sed unico velut impetu evertere videatur. Non possumus quidem adduci ut rem ita se plane habere credamus, quando quidem hujusmodi censeri aliter non posset quam Instrumento Pacis è diametro adversum, Nobis tamen relatum pariter est, Dil:<sup>m</sup> V:<sup>m</sup> una cum Ill:<sup>mi</sup> Principis Domini Augusti Ducis Brunsvicensis & Lüneburgensis Dil:<sup>e</sup> rei exequendæ destinata esse, unde nobis occasio nascitur Dil:<sup>m</sup> V:<sup>m</sup> hisce literis invisendi, non ut prolixè deducamus priorem & tristem civitatis casum aut præsentem ejusdem statum & quantum illa superiore bello passa sit, quantumque pacis solatium meruisset ( hæc enim omnia Dil:<sup>i</sup> V:<sup>a</sup> cognita sunt ) sed ut id saltem impetremus ut Dil:<sup>o</sup> V:<sup>a</sup> considerare sustineat, quantum favoris eidem debeat, eoque nomine sic eandem sibi commendatam habere, ut quod Inst:<sup>i</sup> Pacis beneficio & partium pacificantium propitia voluntate indultum est, factum tectum ipsi servetur: Si partium principaliter Paciscentium sententiam in controversia quæ ipsi nunc movetur prius audire constitutum fuerit, nihil à causæ indole alienum agi arbitraremur; vel si hoc integrum non esset saltem spatium aliud eidem relinqui par foret, quo in præsentibus Comitibus rei suæ inservire posset. Nihil interea de cujusquam decedit præensione, & si fides urbis absque ulla libertatis per pacificationem restitutæ temeritate desideraretur, quicquid justum videri queat, ab ipsa Civitate præstitum iri facile crederemus. Nos vero à Dil:<sup>e</sup> V:<sup>a</sup> hac vicè amicè contendere volumus ut æquam civitatis rationem habere velit, ne festinatione Commissionis destinatæ civitatem antiquissimam & olim



olim apprimè florentem per injuriam vero temporum vehementer  
concussam in præceptis agi, aut contra literam Inst: i Pacis vel Principa-  
lium Paciscentium voluntatem, tanquam suis obrutam cineribus, ju-  
sto pacis fructu privari patiatur; Quod Nobis tanto certius promit-  
timus quanto celebrior est Dil: V:æ propensio & studium conservandi  
pacem in suo genuino sensu suaque cuique jura, libertatem & Privile-  
gia manutenendi: Quemadmodum verò tranquillitati communi  
operam Nostram nunquam subtraximus, ita porro occasionem nul-  
lam omissuri sumus, quà eidem debito modo consulere aut Dil: i  
V:æ gratum aliquid præterea facere possimus. Quibus Dil: V:æ di-  
vinæ commendamus protectioni, prospera quævis Eidem ex animo  
apprecantes, Dabantur in Arce Nostra. Holmensi die 4. Aprilis  
Anno 1663.

Nomine Altissimè memoratæ sacre Reg:æ M:is respe Filij Nostri  
Charissimi ut & Regis ac Domini Nostri Cle:mi

Hedwig Eleonora.

Mutat: mutandis ad  
Ducem Guelfenbu-  
censem,







NOS CAROLUS DEI GRATIA SUE-  
CORUM ALORUMQUE



burgensi iusta  
nonnulla com  
cis, in favore  
mis quod sub  
vitasque ipse  
stinam liberta  
do deterere se  
mus quidem  
dem hujusmo  
diametro adv  
cum Ill:mi Pr  
burgensis Dil  
nascitur Dil:  
priorem & tr  
quantum illa  
meruisset (h  
impetremus  
dem debeatu  
re, ut quod  
voluntate in  
cipaliter Paci  
vetur prius a  
agi arbitrare  
quod eidem  
inservire pos  
si fides urbis



ARIUS &c.  
limo Principi, Consan-  
rato Nostro Charissimo  
henrico, ArchiEpiscopo  
m & prosperos rerum  
& Celsissime Princeps,  
& Foederate Charissime.  
m esse Civitati Magde-  
od in eius detrimentum  
cum §. Instrumenti Pa-  
am convenient. Impri-  
cium readificentur, ci-  
em sollicitetur, quæ pri-  
ica Privilegium non mo-  
e videatur. Non possu-  
re credamus, quando qui-  
iam Instrumento Pacis è  
pariter est, Dil: m V: m una  
Brunsvicensis & Lüne-  
esse, unde nobis occasio  
on ut prolixè deducamus  
sentem ejusdem statum &  
antumque pacis solatium  
ita sunt) sed ut id saltem  
eat, quantum favoris ei-  
bi commendatam habe-  
n pacificantium propitia  
ervetur: Si partium prin-  
oversia quæ ipsi nunc mo-  
l à causæ indole alienum  
esset saltem spatium ali-  
sentibus Comitibus rei suæ  
n decedit præensione, &  
cationem restitutæ teme-  
olim